

PATROLOGIÆ CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM Scriptorumque ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT.

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM
DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSLIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS
MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET
TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATE-
RIÆ SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO
AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS,
STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS. IN QUODQUÆ RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE,
LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆ-
SERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS. ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO,
QUIQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM
OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ
SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM
SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO
GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CETERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM
NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTE
SIMILIS, PRETIUS EXIGUITAS, PRÆSENTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORVMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTRM
IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE
PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCAE
A S. BARNABA USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECAE CLERI UNIVERSÆ

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIAE ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ GRÆCAE TOMUS V

S. IGNATIUS, S. POLYCARPUS, PONTIFICES ROMANI SÆCULI II, S. MELITO SARDENSIS; ALII.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : AVENUE DU MAINE, 208

ΤΗΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΕΓΚΥΚΛΙΟΣ^(28.)

ECCLESIAE SMYRNENSIS

DE

MARTYRO SANCTI POLYCARPI
EPISTOLA CIRCULARIS

II Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, ἡ παροικοῦσα Σμύρναν (29), η̄ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομήλῳ (30), καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπουν τῆς ἀγίας καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας παροικίας (31). ἔλεος, εἰρήνη καὶ ἀγάπη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθεῖ.

A Ecclesia Dei quae Smyrnæ peregrinatur, Ecclesia Dei quae Philomelii peregrinatur, et omnibus ubique terrarum sanctæ et catholicæ Ecclesiæ parœciis: misericordia, pax et charitas a Deo Patre et Domino nostro Iesu Christo multiplicetur.

I. *De martyrio Polycarpi et sociorum scribimus.*

Ἐγράψαμεν ὑμῖν, ἀδελφοί, τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρίζαντας, καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, δοτις ὁπερ ἐπισφραγίσας τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ κατέπαυσε τὸν διωγμόν. Σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ Κύριος ἀνιώθεν ἐπιδείξῃ τὸ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον μαρτύριον. Περιέμενεν γὰρ, ἵνα παραδοθῇ, ὡς καὶ ὁ Κύριος, ἵνα μιμηταὶ ἡμεῖς αὐτοῦ γενώμεθα, μὴ μόνον σκοπούντες τὸ καθ' ἔχοτούς, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τοὺς πέλας. Ἀγάπης γὰρ ἀληθοῦς καὶ βεβαίας ἔστιν, μὴ μόνον ἔχοτὸν θέλειν σώζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς.

C Scripsimus vobis, fratres, de martyribus et de beato Polycarpo, qui martyrio suo, velut signaculo quodam, persecutioni finem imposuit. Fere enim cuncta, quæ præcesserunt, ideo evenerunt, ut nobis Dominus desuper ostenderet martyrium, Evangelio congruum. Exspectavit enim tradi, sicut et Domini noster, ut et nos ipsius essemus imitatores, non solum nostra considerantes, sed et ea, quæ ad proximos pertinent. Charitatis enim veræ ac solidæ est, non modo se ipsum velle servari, sed etiam omnes fratres.

II. *Martyrum mira constantia.*

Μακάρια μὲν οὖν καὶ γενναῖα τὰ μαρτύρια πάντα τὰ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ γεγονότα. Δεῖ γὰρ (23) εὐλαύνεστέρους ἡμᾶς ὑπάρχοντας, τῷ Θεῷ τὴν κατὰ πάντων ἔξουσίαν ἀνατιθέντες (33). (34) Τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν

Beata et generosa fuerunt cuncta martyria, quæ juxta voluntatem Dei evenerunt. Cum enim nos religiosiores simus, Deo omnium rerum potestatem ascribamus oportet. Quis enim generosita-

καὶ γὰρ, sensu plane nullo. Cotelerius e conjectura χρή ad oram libri posuerat. Sensus est: «Cum Dei voluntate omnia regantur, etiam Polycarpus et socii juxta divinam voluntatem martyrio sunt coronati.»

(28) Cfr. Neander, *Kirchen Gesch.* t. I, p. 107, sqq. et Euseb. *Hist. eccl.* lib. IV, c. 15.

(29) Vide quæ ad epist. i Clem. ad Corinth. c. 1, not. 3 adnotavimus.

(30) Ita legendum cum cod. Vindob., cum vet. int. et Euseb. *Histor. eccl.* IV, 15. Reliqui codd. Φιλαδελφίᾳ, JAC. Philomelium est urbs Phrygiae.

(31) Cfr. Ign. ad Smyrn. c. 8.

(32) Ita Jacobsonus e codice Vindob. Male Editi:

(33) Ita Jacobsonus, qui multis locis textum e codice Vindobonensi emendavit.

(34) Probatur nunc, quod initio capitinis dictum est, martyria illa fuisse beata et generosa.

tem eorum et patientiam et erga Dominum charitatem non admiretur. qui flagellis adeo lacerati, ut ad intimas usque venas et arterias corporis structura cerneretur, tamen sustinuerunt; ita, ut etiam astantes miserarentur et plangerent, ipsi vero eo fortitudinis venirent, ut nemo illorum neque murmuraret neque ingemisceret, omnibus ostendentes, quod martyres Christi hora ista qua torquebantur, extra carnem fuerint, aut potius, quod Dominus assistens cum ipsis esset collocutus? Atque ad Christi gratiam attendantes mundana tormenta spernebant, unius horae spatio se ab aeterna pena redimentes. Frigidusque ipsis videbatur ignis crudelium carnificum. Pro oculis enim habebant fugam illius ignis, qui aeternus est et nunquam extinguetur, et oculis cordis respiciebant ad ea bona, quae resurgentur sustinentibus, « quae nec auris audivit nec oculus vidit, nec in cor hominis ascenderunt », « quae vero a Domino monstrata sunt iis, utpote qui non homines amplius, sed jam angeli essent. Similiter qui ad bestias erant condemnati, graves cruciatus pertulerunt, super murices prostrati, variisque aliis tormentis excruciati, ut, si fieri potuisset, tyrannus eos assiduitate supplicii ad negationem Christi adduxisset.

III. Germanici constantia. Polycarpi mors postulatur.

Multa enim adversus illos diabolus machinatus est. Sed gratia sit Deo; nam neminem iste vincere potuit. Fortissimus enim Germanicus eorum timiditatem constantia sua corroboravit; qui ppe qui splendide cum bestiis pugnaverit. Nam cum proconsul eum flectere vellet diceretque, ut suam ipse aetatem miseraretur, ille bestiam ultro ad se attraxit eique vim intulit, cupiens velocius ex injusta et iniqua illorum hominum vita effugere. Exinde autem universa multitudo, fortitudinem pii ac religiosi Christianorum generis admirata, exclamavit: * Tolle impios; Polycarpus requiratur! »

Quidam vero, nomine Quintus, natione Phryx, qui nuper ex Phrygia advenerat, cum vidisset bestias, timore percussus est. Hic autem erat, qui se ipsum et alios quosdam impulerat, ut ultro accederent. Huic proconsul multis obsecrationibus persuasit jurare ac sacrificare. Propter hoc igitur, fratres, non laudamus eos, qui sponte sese offerunt; quandoquidem non ita docet Evangelium.

⁷ I Cor. ii, 9.

(35) Ita Jacobsonus e codd. Vindob. et Paris. In Editis pro ὑπέμειναν legitur χρόνον.

(36) Ejus memoriam Jan. 19 Latinorum celebrant Martyrologia. Usser.

(37) Nomen proconsulis, Lucii Statii Quadrati, habes infra c. 21.

(38) Ita dedit Jacobsonus e cod. Paris. Editi: λέγειν.

A καὶ ὑπομονητικὸν καὶ φιλοδέσποτον τίς οὐκ ἔν θεού μάστιγεν; οἱ μάστιξι μὲν καταξανθέντες, ὥστε μέχρι τῶν ἐτῶ φλεβῶν καὶ δρτηριῶν τὴν τῆς στκρὸς οἰκονομίαν θεωρεῖσθαι, ὑπέμειναν, ὡς καὶ τοὺς περιεστῶτας ἔλεσιν καὶ διάρεσιν: τοὺς δὲ καὶ εἰς τοσοῦτον γενναιότητος ἐλθεῖν, ὥστε μήτε γρύξαι μήτε στενάξαι τινὰ αὐτῶν, ἐπιδεικνυμένους ἀποσιν τοῦτον, διτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ βασανιζόμενοι, τῆς σαρκὸς ἀπεδίμουν οἱ μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ. μᾶλλον δὲ, διτι παρεστώς ὁ Κύριος ὅμιλοι αὐτοῖς; Καὶ προσέχοντες τῇ τοῦ Χριστοῦ χριτὶ τῶν κοσμικῶν κατεφρόνουν βασάνων, διὰ μιᾶς ὥρας τὴν αἰώνιον κολάσιν ἔξαγοραζόμενοι. Καὶ τὸ πῦρ ἣν αὐτοῖς ψυχρὸν τὸ τινὸν ἀπτηγῶν βασανιστῶν. Πρὸ δεθαλμῶν γὰρ εἶχον φυγεῖν τὸ αἰώνιον καὶ μηδέποτε σύννυμενον πῦρ, καὶ τοῖς τῆς καρδίας ἐφθαλμοῖς ἀνέβλεπον τὰ τηρούμενα τοῖς ὑπομείνασιν ἀγαθὰ, « ἀ οὔτε οὓς ἔκρουτεν, οὔτε δρθαλμός εἶδεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, » ἐκείνοις δὲ ὑπεδείκυτο ὑπὸ τοῦ Κυρίου, οἵπερ μηκέτι ἀνθρώποι, ἀλλ’ ἡδη ἄργειοι ήσαν. Όμοίως δὲ καὶ εἰς τὰ θηρία κρύψετες ὑπέμειναν (35) δεινὰς κολάσεις, κήρυκας μὲν ὑποστρωνύμενοι, καὶ ἄλλαις ποικίλαις βασάνωις κολαφιζόμενοι, ἵνα, εἰ δυνηθεῖ ὁ τύραννος διὰ τῆς ἐπιμήνου κολάσεως εἰς ἄρνησιν αὐτοὺς τρέψῃ.

IV. Quintus apostata.

B Πολλὰ γὰρ ἐμπηγανάτο κατ’ αὐτῶν ὁ διάβολος. Ἀλλὰ γάρις τῷ Θεῷ κατὰ πάντων γάρ οὐκ ἴσχυσεν. Ὁ γάρ γενναιότατος Γερμανικὸς (36) ἐπερχόννυνεν αὐτῶν τὴν δειλίαν διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὑπομονῆς· δις καὶ ἐπισήμως ἐθηριομάγησεν. Βουλομένού γάρ τοῦ ἀνθυπάτου πειθεῖν αὐτὸν (37), καὶ λέγοντος (38), τὴν ἀλιτίαν αὐτοῦ κατοικεῖσαι, ἐκυρώ ἐπεσπάσατο τὸ θηρίον προσθιασάμενος, τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου θίου αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος. Ἐκ τούτου οὖν πάντα τὸ πλήθος, θαυμάσταν (39) τὴν γενναιότητα τοῦ θεοφίλους καὶ θεοσεβεῦς γένους τῶν Χριστιανῶν, ἐπεβόγησεν. « Αἴρε τοὺς ἀθέους· ἔγεισθω Πολύκαρπος. »

D Εἰς δὲ, ὀνόματι Κέιντος, Φρύξ, προσφάτιως ἐλτλυθὼς ἀπὸ τῆς Φρυγίας, ίδων, τὰ θηρία ἐδειλίασεν. Οὗτος δὲ ἦν ὁ παρακοιασάμενος ἐκυτόν τε καὶ τινας προτελθεῖν ἐκόντας (40). Τοῦτον δὲ ἀνθύπατος, πολλὰ ἐκλιπαρήσας, ἐπεισεν ὀμόσαι καὶ ἐπιθύσαι. Διὰ τοῦτο οὖν, ἀδελφοί, οὐκ ἐπαινοῦμεν τοὺς προσδιδόντας ἐδυτούς (41) ἐπειδὴ οὐχ οὕτως διδάσκεις τὸ Εὐαγγέλιον (42).

(39) Ita Jac. e codd. Vindob. et Paris. reposuit pro vulg. θαυμάσας.

(40) I. e. « sponte se persecutoribus offerrent. »

(41) Ita Jacobsonus. Editi: προσιόντας ἐπιθύοις.

(42) Jubet enim potius Evangelium, fugere ad aliam civitatem (Matth. x, 25); ita tamen ut, si fugere non liceat, mors constanter feratur. CLER.

VI. *Polycarpi recessus et visio.*

Ο δὲ θαυμασιώτατος Πολύκαρπος, τὸ μὲν πρῶτον **A** ἀκούσας οὐκ ἐταράχθη, ἀλλ' ἐδούλετο κατὰ πόλιν μένειν· οὐ δὲ πλείους ἔπειθον αὐτὸν ὑπεξελθεῖν. Καὶ ὑπεξῆλθεν εἰς ἀγρόδιον, οὐ μηκρὸν ἀπέχον ἀπὸ τῆς πόλεως· καὶ διέτριβε (43) μετ' ὄλγων, νύκτα καὶ ἡμέραν οὐδὲν ἔτερην ποιῶν, ἢ προσευχόμενος περὶ πάντων, καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησιῶν· ὅπερ ἦν σύνηθες αὐτῷ. Καὶ προσευχόμενος ἐν διπτάσσῃ γέγονε πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν· καὶ εἶδεν προστεφάλλον αὐτοῦ ὑπὸ πυρὸς κατακιόμενον. Καὶ στραφεὶς εἶπεν πρὸς τοὺς συνόντας αὐτῷ προφητικῶς· « Δεῖ με ζῶντα καυθῆναι (44). »

VI. *Polycarpus a servulo proditur, Herodes irenarcha.*

Καὶ ἐπιμενόντων τῶν ζητούντων αὐτὸν, μετέβη εἰς ἔτερον ἀγρόδιον· καὶ εὐθέως ἐπέττησαν οἱ ζητοῦντες αὐτὸν. Καὶ μὴ εὐρόντες, συνελάθησαν παιδάρια δύο, ὃν τὸ ἔτερον βατανιζόμενον ὀμολόγησαν. **C** « Ήν γὰρ καὶ ἀδύνατον λαθεῖν αὐτὸν, ἐπεὶ καὶ οἱ προδιδόντες αὐτὸν οἴκατοι ὑπῆρχον (45). Καὶ ὁ εἰργναρχος (46), οὐ καὶ κληρονόμος (47), τὸ αὐτὸν ὄνομα (48), Ἡρώδης ἐπιλεγόμενος, ἐσπευδεν εἰς τὸ στάδιον αὐτὸν εἰσαγαγεῖν· ἵνα ἐκεῖνος μὲν τὸν ἕδιον κλῆρον ἀπαρτίσῃ, Χριστοῦ κοινωνὸς γενόμενος· οἱ δὲ προδόντες αὐτὸν τὴν αὐτοῦ (49) τοῦ Ιουδαίου ὑπόσχοιεν τιμωρίαν! »

VII. *Polycarpus a persecutoribus invenitur.*

« Μήχοντες οὖν τὸ παιδάριον, τῇ παρασκευῇ, δεῖπνον ὥρᾳ, ἐξῆλθον διωγμῆται καὶ ἱππεῖς, μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς διπλῶν, « ὡς ἐπεὶ ληστὴν τρέχοντες. » Καὶ ὅψε τῆς ὥρας συνεπελθόντες (50), ἐκεῖνον μὲν εὗρον ἐν τηνι δωματίῳ κατακείμενον, ἐν (51) διπερψφράκτησιν ἀδύνατο εἰς ἔτερον χωρὸν ἀπελθεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐδουλήθη, εἰπών· « Τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ (52) γενέσθω. » « Ἀκούσας δὲ αὐτοὺς παρόντας (53), καὶ καταβὰς, διελέχθη αὐτοῖς· θαυμαζόντων τῶν παρόντων τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ τὸ εὐσταθὲς, καὶ ὅτι τοσαύτῃ σπουδῇ ἐχρήσαντο τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα (54). Εὐθέως οὖν αὐτοῖς ἐκέλευσε παρατεθῆναι φαγεῖν καὶ πιεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, δύσον δὲ βούλωνται· εξητύσατο δὲ αὐτοὺς, ἵνα δῶσιν αὐτῷ ὥραν πρὸς τὸ προσεύξασθαι ἀδεῶς. Τῶν δὲ ἐπιτρεψόντων, σταθεὶς προστύχατο, πλήρης ὥν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, οὕτως, ὥστε ἐπὶ δύο ὥρας μὴ δύνασθαι σιωπῆσαι, καὶ ἐπιπλήττεθαι τοὺς ἀκούοντας, πολλοὺς τε μετανοεῖν ἐπὶ τῷ ἐληλυθέναι· ἐπὶ τοιοῦτον θεοπρεπῆ πρεσβύτην.

³ Matth. xxvi, 55. ⁴ Matth. vi, 10; Act. xi, 14.

(43) Ita Jacobsonus e cod. Paris. Editi ἔτριβε.

(44) Ita Jacobsonus e codicibus Vindoh., Paris. et Barocc. Editi: κατακαυθῆναι.

(45) Ήν γὰρ... ὑπῆρχον ex interpolatoris manu esse censet Dalrymplius. JAC.

(46) Irenarchæ munus erat, seditiosos homines et pacis publicæ turbatores comprehendere. VALES.

(47) Κληρονόμοι sunt « magistratus, » sorte electi. Cor. Mihi idem magistratus tum εἰργναρχος, tum κληρονόμος vocatus fuisse videtur.

(48) Όνομα, ut saepius, « munus, officium, honor. »

(49) Lege αὐτὴν. JAC.

A Polycarpus autem, vir maxime admirabilis, primum, re audita non turbatus, in urbe permanere volebat; plerique tamen ei persuaserunt, ut secederet. Et recessit in villam, non multum ab urbe dissitam; ubi cum paucis mansit, diu noctuque nil aliud agens, nisi quod oraret pro universis et pro omnibus per orbem Ecclesiis; quod ipsi erat solleme. Et cum oraret, triduo antequam comprehenderetur, visio ei obtigit, vidiisque cervical suum incendio conflagrans. Et conversus ad socios prophetice dixit: « Oportet me vivum cumburi. »

Instantibus autem iis qui quærebant eum, in aliam villam migravit; et statim aderant exploratores. Cumque illum non reperissent, duos servulos comprehendenterunt, quorum alter, tormentis subditus, confessus est. Impossibile autem erat latere ipsum, cum proditores domestici ejus essent. Irenarcha vero, vel cleronomus, quodidem munus est, nomine Herodes, in stadium illum ducere properabat, ut hic sortem suam impleret, Christi consors factus; proditores autem ejus Judæ pœnas subeant!

C Habentes ergo puerulum, feria sexta, sub horam cœnæ, egressi sunt persecutores et equites cum consuetis armis, « tanquam adversus latronem proficiscentes. » Et sub vespertinum tempus advenientes, illum in superiori cubiculo parvæ cujusdam domus discubentem invenerunt; unde in aliud prædium abiisse poterat, sed noluit, dicens: « Fiat voluntas Dei. » Cum vero eos astantes audisset ac descendisset, cum eis collocutus est, mirantibus iis, qui aderant, ætatem ejus et constantiam, quodque ipsi tanto studio usi fuerint ad hujusmodi virum senem comprehendendum. Statim nunc illa hora iis cibum et potum apponi jussit, quantum vellent; petiit autem ab illis, ut ipsi darent horæ spatium ad libere orandum. Quod cum concessissent, stans orabat, plenus gratia Dei; adeo ut per duas horas tacere non posset, ac obstupescerent auditores, multosque eorum penitentaret, quod adversus senem, Deo tantopere gratum venissent.

D (50) Ita Usserius et Smithius ex Eusebii (E. H. IV, 15) lectione ἐπελθόντες corrigendum esse putant. Editi: συνεπελθόντες.

(51) Præpositionem εν ab aliis omissam reposuit Jacobsonus e cod. Vindob.

(52) Ita Jacobsonus e tribus codd.; Vulg. Κρότου.

(53) Ita Jacobsonus e codd. Vind. et Paris. Vulg. ἀκούσας οὖν τοὺς παρόντας.

(54) Ita Jacobsonus e cod. Paris Vulg.: εὐσταθὲς, τινὲς ἐλεγον. Ή τοσαύτῃ σπουδῇ, ἡ τοῦ τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα ἦν;

VIII. *Polycarpus in urbem ducitur.*

Cum autem precationem finisset, in qua mentio- A nem fecerat omnium qui aliquando cum ipso con- gressi fuerant, parvorum quidem et magnorum, clarorum et obscurorum, totiusque per orbem ter- riarum catholicæ Ecclesiæ: cumque hora profici- scendi venisset, asino eum imponentes, in urbem duxerunt die magni Sabbati. Et occurrit ei Herodes irenarcha, ac pater ejus Nicetas, curru vecti, qui et eum in carrucam suam transtulerunt, assidentes que hortabantur, dicentes: « Qui enim mali est, dicere « Domine Cæsar, » et sacrificare, atque ita salvum evadere? » Ille autem primum quidem eis non respondit; sed cum instarent, dixit: « Facturus non sum, quod suadetis mihi. » Tum illi, frustrati spe flectendi eum, contumeliosa ei verba dixerunt, et cum vehementia dejecterunt eum e curru, adeo ut e carruca exiens tibiam distraheret. Sed nequa- quam commotus, et quasi nihil mali passus esset, alacriter et propere pergebat, ductus ad stadium. Tantus vero erat in stadio tumultus, ut nemo posset audiri.

B Ως δὲ κατέπαυσε τὴν προσευχὴν, μητρονύμιας ἀπάντων καὶ τῶν πώποτε (55) συμβεβηκότων αὐτῷ, μικρῶν τε καὶ μεγίλων, ἐνδόξων τε καὶ ἀδόξων, καὶ ἀπάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς Ἐκκλη- σίας, τῆς ὡραῖς ἐλθούσης τοῦ ἔξιένας, ἐν ὅνῳ καθι- συντες αὐτὸν, ἥγον εἰς τὴν πόλιν, ὄντος Σαββάτου μεγάλου (56). Καὶ ὑπήντα αὐτῷ ὁ εἰργναρχος Ἡρώ- δης καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Νικῆτης ἐπὶ τὸ δχγμα (57), οἱ καὶ μεταθέντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν καροῦχαν, ἐπειθον παρακαθεζόμενοι καὶ λέγοντες: « Τί γὰρ κακόν ἐστιν εἶπεν· Κύριος (58) Κχισαρ, καὶ ἐπιθύσαι, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, καὶ διασώζεσθαι; » Ο δὲ τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς· ἐπιμένοντες δὲ αὐ- τῶν, ἔφη· « Οὐ μέλλω ποιεῖν, ὁ συμβουλεύετε μοι. » Οἱ δὲ ἀποτυχόντες τοῦ πεῖσαι αὐτὸν, δεινὰ ψήματα ἔλεγον αὐτῷ, καὶ μετὰ σπουδῆς καθίρουν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ δχγματος (59), ὡς καὶ κατιντα ἀπὸ τῆς καρο- ύχας ἀποσυρῆναι τὸ ἀντικνήμιον. Καὶ μὴ ἐπιστρα- φεῖς, ὡς οὐδὲν πεπονθώς, προθύμως μετὰ σπουδῆς ἐπορεύετο, ἀγρόμενος εἰς τὸ στάδιον, θορύβου τηλε- κόντου ὄντος ἐν τῷ σταδίῳ, ὡς μηδὲ ἀκουσθῆναι τινὰ δόνασθαι.

IX. *Polycarpus Christo Domino suo non maledicit.*

Polycarpo autem intranti in stadium, vox e caelo contigit: « Fortis esto et viriliter age, Polycarpe! » Et eum quidem, qui vocem emisit, nemo vidit; vo- cem autem ii audierunt, qui ex nostris præsentes erant. Cæterum introducto illo magnus erat tumultus eorum, qui Polycarpum comprehensum esse audierunt. De cætero adductum eum interrogavit proconsul, an ipse esset Polycarpus. Cumque annue- C ret, hortabatur ille ut negaret, dicens: « Reverere æstatem tuam, » aliaque his consentanea, quæ isti proferre solent: « Jura per fortunam Cæsarlis, resi- pisce, conclama: *Tolle impios.* » Tunc Polycarpus gravi ac severo vultu turbam omnem sceleratorum, qui in stadium erant, gentilium contuens, manumque in eos porrigens, simulque gemens ac cœlum sus- piciens dixit: « *Tolle impios.* » Urgente vero pro- consule atque dicente: « Jura, et dimitto te, male- dic Christo; » Polycarpus respondit: « Octoginta et sex anui sunt, ex quo servio ei, nec me ulla affe- cit injuria; et quomodo possim maledicere regi meo, qui salvum me fecit? »

X. *Polycarpus se Christianum profitetur, et de Christo loqui vult.*

Urgente rursus illo et diceate: « Jura per fortu- D nam Cæsarlis, » respondit: « Si vanam ex eo qua- ris gloriam, ut ego per Cæsarlis fortunam, ut tu aīs, Jurem, simulas autem nescire quis sim: palam audi: Christianus sum. Si vero Christianæ doctri- nae rationem vis discere, da diei spatium et audi. »

(55) Ita Jacobsonus e tribus codicibus. Vulg. πτε.

(56) I. e. Vigilia Paschalis.

(57) Επὶ τὸ δχγμα glossemata esse videtur. Jac..

(58) Codices omnes habent Κύριος. Editi: Κύριος.

Jac.

(59) Απὸ τοῦ δχγματος glossemata esse videtur. Jac.

(60) Vocem λοιπὸν, quæ statim recurrit, uncinis

Tῷ δὲ Πολυκάρπῳ, εἰπούντι εἰς τὸ στάδιον, φωνῇ ἐξ οὐρανοῦ ἐγένετο: « Ἰσχὺς καὶ ἀνδρίζου, Πολύκαρ- πε. » Καὶ τὸν μὲν εἰπόντα οὐδεὶς εἶδεν· τὴν δὲ φωνὴν τῶν ἡμετέρων οἱ παρόντες ἤκουσαν. Καὶ [λοιπὸν (60)] προταχθέντος αὐτοῦ, θόρυβος ἦν μέγας ἀκουσάντων, διτὶ Πολύκαρπος συνεῖληται. Λοιπὸν προταχθέντα αὐτὸν ἀνηράτα ὁ ἀνθυπάτος, εἰ αὐτὸς εἴη Πολύκαρπος. Τοῦ δὲ ὁμολογεῦντος, ἐπειθεὶς ἀρνεῖσθαι, λέγων: « Αἰδέ- αθητί σου τὴν ἡλικίαν, » καὶ ἔτερα τούτοις ἀκόλου- θα, ὡς ἔθος αὐτοῖς λέγειν (61). « Ομοσον τὴν Καίσα- ρος τύχην, μετανόησον, εἰπέ· Λίρε τοὺς ἀθέους (62). » Ο δὲ Πολύκαρπος ἐμβριθεὶς τῷ προσώπῳ εἰς πάντα τὸν δχλον τῶν ἐν τῷ σταδίῳ ἀνδρῶν ἐθνῶν ἐμβλέψας, καὶ ἐπισείσας αὐτοῖς τὴν χεῖρα, στενάξας τε καὶ ἀν- θλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· « Λίρε τοὺς ἀθέους (63). » Εγκειμένου δὲ τοῦ ἀνθυπάτου καὶ λέγοντος: « Ομο- σον, καὶ ἀπολύω σε, λοιδόρησον τὸν Χριστόν· » δ ο Πο- λύκαρπος ἔφη· « Ογδοήκοντα καὶ ἐξ ἑττ, ἔχω δο- λεύων αὐτῷ, καὶ οὐδὲν με τρίχησεν· καὶ πῶς δύνα- μαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου, τὸν σώσαντί με; »

Επιμένοντος δὲ πάλιν αὐτοῦ καὶ λέγοντος: « Ομο- σον τὴν Καίσαρος τύχην, » ἀπεκρίνατο: « Εἰ κενοδο- ξεῖς, ἵνα δόμσω τὴν Καίσαρος τύχην, ὡς σὺ λέγεις, πρεσποιεῖ (64) δὲ ἀγνοεῖ με, τίς εἴμι· μετὰ παρό- τοις ἀκουε, Χριστιανὸς εἴην. Εἰ δέ μαθεῖν θέλεις τὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ λόγον, δός διμέραν, καὶ ἀκουσαντί.

(61) Ita Jacobsonus e cod. Vindob. Editi: λέγων.

(62) I. e. « Una cum paganis Christianorum op- tes interitum. »

(63) I. e. paganos persecutores. »

(64) Ita Jacobsonus e codd. Barocc. et Vindob. Editi: προσποτεῖς, male.

Ο ἀνθύπατος ἔφη· « Πεῖσον τὸν δῆμον (65). » Ο δὲ Πολύχαρπος εἶπεν· « Σὲ μὲν καὶ λόγου ἕξισα· δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἔξουσίαις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον, τὴν μὴ βλάπτεουσαν ἡμᾶς, ἀπονέμειν· ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἤγουμαι ἀξίους τοῦ ἀπολογεῖσθαι αὐτοῖς. »

XI. Nec bestiarum, nec ignis minæ Polycarpum perterrent.

Ο δὲ ἀνθύπατος πρὸς αὐτὸν εἶπε· « Θηρία ἔχω, τούτοις σε παραβαλῶ, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. » Ο δὲ εἶπεν· « Καλεῖ, ἀμετάθετος γὰρ ἡμῖν ἡ ἀπὸ τῶν κρειτόνων ἐπὶ τὰ χείρω μετάνοια καλὸν δὲ μετατίθεσθαι με ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια. » Ο δὲ πάλιν πρὸς αὐτόν· « Ήρίσε ποιῶ δικαιοθῆναι, εἰ τῶν θηρίων καταφρονεῖς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. » Ο δὲ Πολύχαρπος· « Πῦρ ἀπειλεῖς τὸ πρὸς ὄρχην καιόμενον, καὶ μετ' ὄλιγον σύσσυμενον· ἀγνοεῖς γὰρ τὸ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ αἰωνίου κολάσεως τοῖς ἀσεβέσι τηρούμενον πῦρ. Ἀλλὰ τί βρεδύνεις; Φέρε, δὲ βούλει. »

B

XII. Polycarpus ad rogum damnatur.

Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα πλείονα λέγων, θάρσους καὶ χαρᾶς ἐνεπίμπλατο, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ χάριτος ἐπληροῦτο, ὥστε οὐ μόνον μὴ συμπεισεῖν, ταραχθέντα (66) ὑπὸ τῶν λεγομένων πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ τούταντίον τὸν ἀνθύπατον ἐκστῆναι, πέμψας τε τὸν ἐαυτοῦ κήρυκα, ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ κηρύξαι τρίτον· « Πολύχαρπος ὁμολόγησεν ἐαυτὸν Χριστιανὸν εἶναι. » Τούτου λεγέντος ὑπὸ τοῦ κήρυκος, ἀπαν τὸ πλῆθος ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων τῶν τὴν Σμύρνην κατοικούντων, ἀκατασχέτῳ θυμῷ καὶ μεγάλῃ φωνῇ ἐπεβόα. « Οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἀσεβείας (67) διδάσκαλος, ὁ πατὴρ τῶν Χριστιανῶν, ὁ τῶν ἡμετέρων θεῶν καθαρέτης, ὁ πολλοὺς διδάσκων μὴ θύειν, μηδὲ προσκυνεῖν τοῖς θεοῖς. » Ταῦτα λέγοντες ἐπεβόων καὶ ἡρώτων τὸν Ἀστιάρχην (68) Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολύχαρπῳ λέοντα. Ο δὲ Φίλιππος ἔφη, μὴ εἴναι ἐξὸν αὐτῷ, ἐπειδὴ πεπληρώκει (69) τὰ κυνηγάσια. Τότε ἐδοξεν αὐτεῖς δρυοφυμαδὸν ἐπιβοῆσαι, ὥστε τὸν Πολύχαρπον ζῶντα (70) κατακαυθῆναι. « Εδει γὰρ τὸ τῆς φανερωθείσης ἐπὶ τοῦ προσκεφαλαῖος διπτασίας πληρωθῆναι, διτε λόγων αὐτὸν καϊόμενον προσευχόμενος, εἶπεν ἐπιστρφεῖς τοῖς σὺν αὐτῷ πιστοῖς προφητεῶς· « Δεῖ με ζῶντα κατακαυθῆναι. »

C

XIII. Rogus exterritur.

Ταῦτα οὖν μετὰ τοσούτου τάχους ἐγένετο, θάττον τοῦ λεχθῆναι, τῶν ὄχλων παραχρῆμα συναγόντων ἐκ

A Proconsul dixit: « Persuade populo. Polycarpus respondit: « Te quidem sermone dignum puto; edocti enim sumus, principibus et potestatibus a Deo ordinatis, prout decet, honorem nobis non nocentem deferre; illos vero indignos puto, quibus rationem reddam¹⁰. »

At proconsul ad ipsum dixit: « Bestias habeo; his te objiciam, nisi convertaris. » Ipse vero respondit: « Arcesses eas, nos enim mutari non possumus conversione a melioribus ad deteriora; bonum autem est, me a malis ad justa transire. » Rursus iste ad Polycarpum: « Quandoquidem bestias spernis, igni te tradam consumendum, nisi sententiam mutes. » Cui Polycarpus: « Ignem minaris, qui ad horae spatium ardet, ac paulo post extinguitur; ignoras enim illum futuri judicii et æternæ pœnæ ignem, qui impiis reservatur. Verum quid moraris? Profer, quodcunque volueris. »

Hæc vero atque alia plura cum diceret, fiducia et gaudio replebatur, illiusque vultus plenus gratiæ erat, adeo ut non solum non concideret, ipso per dicta conturbato; sed contra proconsul stuperet, suumque mitteret præconem ter in medio stadio proclamaturum: « Polycarpus confessus est, Christianum se esse. » Quod ubi pronuntiasset præco, universa multitudo gentilium ac Judæorum, qui Smyrnam incolebant, effrenata ira et magna voce clamabat: « Hic impietatis est præceptor, pater Christianorum, deorum nostrorum evensor, qui multos docet, ne sacrificent, neve deos adorent. » Hæc dicentes clamabant rogabantque Philippum Asiarcham, ut leonem adversus Polycarpum emitteret. At Philippus id sibi licere negavit, quia lumen bestiarum jam explevisset. Tunc placuit illis, uno consensu clamare, ut Polycarpus vivus combureretur. Necessæ enim erat, ut visio illa de cervicale impleretur, qua ei ostensa fuerat cum inter orandum illud ardens videret, et conversus ad fidèles astantes prophetice diceret: « Oportet me vivum comburi. »

D

Hæc porro citius peracta sunt, quam pronuntiata; cuncta plebe confessim ex officinis ac balneis ligna

¹⁰ Rom. XIII, 1, 7; Tit. III, 1.

(65) I. e. « audire te volo, si a populo prolationem supplicii poteris impetrare. » Neandro proconsul Ignatum servare voluisse videtur. Vide ejus Historiam eccles. I, p. 107-110.

(66) Ita Jacobsonus e codd. Vindob. et Paris.

(67) Pro ἀσεβείᾳ restituendum esse Ἀσιάς, Eusebii, Rufini et veteris interpretis consentiens hic evincit auctoritas. Usser.

(68) Asiarchæ erant, qui ludos sacros in honorem deorum pro salute provinciæ suæ statis temporibus procurabant. Quod vero spectacula, quæ ab illis dabantur, sacra erant, inde sacerdotes sunt

appellati. MADER. Valde onerosum erat hoc sacerdotium, atque idcirco nonnisi opulentiores ad id gerendum eligebantur. Hinc est, quod Strabo observat, Asiarchas fere ex Trallianis desumptos fuisse, propterea quod ejus urbis cives totius Asiae opulentissimi essent. VALES. Idem iste Philippus infra c. 21 ἀρχερεὺς Τραλλιανός appellatur. JAC.

(69) Ita codices, testes Jacobsono, omissa augmentatione plusquamperfecti, quod saepius fieritestatur Winer Gramm., § 12, n. 8. p. 69, ed. iv.

(70) E codd. Vind. et Parisiensi Jacobsonus reposuit ζῶντα.

et sarmenta congerente; præcipue Judæis, alacri animo, ut solent, ad ista juvantibus. Cum autem robus apparatus esset, Polycarpus, sibi detractis omnibus vestimentis et cingulo soluto, conabatur etiam se exalteare; quod prius non faciebat, quia semper cuncti fideles contendebant, quisnam celeius corpus ejus tangere; omni enim bono propter sanctos mores suos ille etiam ante martyrium ornatus erat. Illico nunc ille omnibus instrumentis circumdabatur, quæ pro rogo parata erant. Cum vero et clavis ipsum affigere vellent, dixit: « Sinite me sic; qui enim mihi dat ignem pati, dabit, et sine vestra ex clavis cautione, immotum in pyra permanere. »

XIV. *Polycarpi preatio.*

Illi ergo non quidem clavis defixerunt, sed ligaverunt eum. Hic vero manibus in letum rejectis ac vincus, tanquam aries insignis ex magno grege ad oblationem, victima acceptabilis Deo præparata, cœlum intuitus dixit: • Domine Deus omnipotens, Pater dilecti ac benedicti Filii tui Jesu Christi, per quem tui notitiam accepimus, Deus angelorum et virtutum, ac universæ creaturæ, totiusque generis justorum in conspectu tuo viventium; benedico tibi, quoniam me hac die alque hac hora dignatus es, ut partem acciperem in numero martyrum tuorum, in calice Christi tui¹¹, ad resurrectionem in vitam æternam, animæ et corporis, in incorruptionem per Spiritum sanctum; inter quos utinam suscipiar hodie coram te in sacrificio pingui et accepto, quemadmodum præparasti et mihi præmonstrasti et nunc adimpleisti, Deus, mendi ci nescius ac verax. Quapropter de omnibus laudate, benedicto tibi, glorifico te, cum sempererno et cœlesti Jesu Christo, dilecto tuo Filio, cum quotibi et Spiritui sancto gloria, et nunc et in futura sæcula. Amen. »

XV. *Polycarpus igne non laeditur.*

Et postquam «Amen» emisisset, precationemque complevisset, ministri ignis ignem accenderunt. Cum vero ingens flamma émicasset, grande miraculum vidimus, nos, quibus illud spectare concessum fuit qui et ideo reservati sumus, ut aliis, quæ contigerunt, annuntiaremus. Ignis enim fornicis speciem præbens, tanquam navis velum a vento repletum, in circulo corpus martyris circumdedit; quod, in medio positum, non ut caro assa videbatur, sed veluti panis coctus, vel sicut aurum et argentum in

¹¹ Matth. ix, 22; xxvi, 39; Marc. x, 38.

(71) Præpositio ἐν, quæ legitur in éditis, abest a ms. et plane mihi redundare videtur. JAC.

(72) E. g. « palus, catenæ, funes, » etc.

(73) Non videntur hæc ita intelligenda, quasi Polycarpi manus clavis transfixuri essent, et palo affixuri; non fuisset enim hæc exigua pars supplicii [quam carnifices non remisissent]. Crediderim ergo, catenas, quibus revinctæ erant ad tergum manus, palo clavis affixas fuisse ne moverentur. CLER.

A τε τῶν ἑργαστηρίων καὶ βαλανεῖων ξύλα καὶ φρύγανα μάλιστα Ἰουδαῖων προθύμως, ὡς ἔθος αὐτοῖς, εἰς ταῦτα ὑπουργοῦντων. "Οτε δὲ ἡ περικοὶ ἡτεμάσθη, ἀποθέμενος ἐς ὑψόν πάντα τὰ ἱμάτια, καὶ λόσις τὴν ζώνην αὐτοῦ, ἐπειρᾶτο καὶ ὑπολύειν ἔσυτόν· μη̄ πρότερον τοῦτο ποιῶν, διὰ τὸ δεῖ ἔχαστον τῶν πιστῶν σπουδάζειν, ὅστις τάχιον τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἀψήτας πάντι (71) γάρ οὐκέτι, ἀγαθῆς ἔνεκεν πολιτείας, καὶ πρὸ τῆς μαρτυρίας ἐκεκόσμητο. Εὐθέως οὖν αὐτῷ περιετέθητο τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ὑργάνα (72). Μελλόντων δὲ αὐτῶν καὶ προσηλοῦν (73), εἶπεν. « Αφετέ με οὕτως· οὐ γάρ δούς μοι ὑπομεῖναι τὸ πῦρ, διώσει καὶ χωρὶς τῆς ὑμετέρας ἐκ τῶν ἥλων ἀσφαλείας, ἀσάλευτον ἐπιμεῖναι τῇ πυρᾷ. »

B Οἱ δὲ οὐ καθήλωσαν μὲν, ἔθησαν δὲ αὐτον. Οὐ δὲ δύσιστα τὰς χεῖρας ποιήσας καὶ προσδεθεῖς, ὥσπερ κρίδες ἐπίστημος ἐκ μεγάλου ποιμνίου εἰς προσφορὰν (74), ὀλοκάρπωμα (75) δεκτὸν τῷ Θεῷ ἡτοιμασμένον, ἀναβλέψας εἰς τὴν οὐρανὸν, εἶπε· « Κύριε οὐ Θεός, οὐ παντοκράτωρ, οὐ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ Πατέρος σου Ἰησοῦ Χριστοῦ Ημάτηρ, δι' οὗ τὴν περὶ σου ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν, οὐ Θεός ἀγγέλων καὶ δυνάμεων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως, καὶ πάντος τοῦ γένους τῶν δικαίων, οἵ ζῶσιν ἐνώπιον σου· εὐλογῶ σε, διτὶ ἡξίωσάς με τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ταύτης, τοῦ λαβεῖν με μέρος ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων σου, ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ σου εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰώνιου, ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἐν ἀφθαρσίᾳ Ήνεύματος ἀγίου· ἐν οἷς προσδεχθεῖται ἐνώπιον σου σήμερον ἐν θυσίᾳ πίστην καὶ προσδεκτῆ, καθὼς προητοίμασας καὶ προεφανέρωσας καὶ ἐπλήρωσας (76), οὐ ἀψεύδης καὶ ἀληθινὸς Θεός. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ πάντων αἰνῶ σε, εὐλογῶ σε, δοξάζω σε, σὺν τῷ αἰωνιῷ καὶ ἐπουρανίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἀγαπητῷ σου Πατέρι μεθ' οὐ σοι καὶ Πνεύματι ἀγίῳ ἡ δόξα, καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰώνας. Ἄμην. »

C

D 'Αναπέμψαντος δὲ αὐτοῦ τὸ « Ἅμην », καὶ πληρώσαντος τὴν εὐγήνην, οἱ τοῦ πυρὸς ἀνθρωποι ἀξῆψον τὸ πῦρ. Μεγάλης δὲ ἐκλαμψίσης φλογὸς, θαῦμα μέγα εἴδομεν, οἵτις ἰδεῖν ἐδόθη· οἱ καὶ ἐτηρούμεν, εἰς τὸ ἀναγγεῖλαι τοῖς λοιποῖς τὰ γενόμενα. Τὸ γάρ πῦρ καμάρας εἶδος ποιῆσαν, ὥσπερ διθύνη πλοίου ὑπὸ πνεύματος πληρουμένη, κύκλῳ περιετείχισε τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος· καὶ ἦν μέσον οὐχ ὡς σάρξ καιομένη, ἀλλ' ὡς ἀρτος ὑπερμενος, ἡ ὡς χρυσός καὶ ἀργυρος ἐν καμίνῳ πυρούμενος (77). Καὶ γάρ εὐωδίας

(74) Similia in *Martyrio Ignat.* c. 2,

(75) A græcis interpretibus Hebraeorum ἤλυ non per ὀλοκάρπωμα solum redditur, sed interdum etiam per ὀλοκάρπωμα, ut Lev. i, 14, xvi, 24. Usser.

(76) Patefecerat enim ei Deus ignem martyrii. Cfr. supr. c. 5.

(77) Quod ignis fornicis præbens speciem stetit, id causis physicis tribui posse censem Dalrympleus. JAC.

τοσαύτης ἀντελαθόμεθα, ὡς λιθωνιτοῦ πνέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων ἀρωμάτων, (78).

XVI. *Polycarpus pugione transfigitur.*

Πάρας οὖν ιδόντες οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς διαπανηθῆναι, ἐκέλευσαν προσελθόντας αὐτῷ κομψέκτορα (79) παραδῦσαι ξιφίδιον. Καὶ τοῦτο ποιήσαντος, ἔξτριχε περιστερὰ (80) καὶ πλῆθος αἵματος, ώστε κατασβέσαι τὸ πῦρ, καὶ θρυμάτι πάντα τὸν ὄχλον, εἰ τοσαύτη τὶς διαφορὰ μετοξὺ τῶν ἀπίστων καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ὡν εἰς καὶ οὗτος γεγόνει (81) ὁ θρυματιώτατος μάρτυς Πολυκαρπός, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις διδάσκαλος ἀποστολικός καὶ προφητικός γενόμενος, ἐπίσκοπός τε τῆς ἐν Σμύρνῃ καθολικῆς Ἐκκλησίας. Πᾶν γὰρ ἥμα, ὁ ἔξαφῆκεν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐτελειώθη καὶ τελειωθῆσεται.

XVII. *Polycarpi corpus Christianis non traditur.*

Οὐ δὲ ἀντίζηλος καὶ βάσκονος καὶ πονηρὸς, ὁ ἀντικείμενος τῷ γένει τῶν δικαίων (82), ιδὼν τὸ τε μέγεθος αὐτοῦ τῆς μαρτυρίας, καὶ τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἀνεπίληπτον πολιτείαν, ἐστεφάνωμένον τε τῷ τῆς ἀφθονίας στεφάνῳ, καὶ βραβείον ἀναντίρρητον ἀπενηγμένον, ἐπετίθευσεν, ὡς μηδὲ τὰ λειψανον αὐτοῦ δι' ἡμῶν ληφθῆναι (83), καίπερ πολλῶν ἐπιθυμούντων τοῦτο ποιῆσαι, καὶ κοινωνῆσαι τῷ ἀγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ. Ὡπένταλε γαῦν Νικήτην τὸν τοῦ Ἡρώποτέρα, ἀδελφὸν δὲ Ἀλκης (84), ἐντυχεῖν τῷ ἀρχοντὶ, ώστε μὴ δοῦναι αὐτοῦ τὸ σῶμα ταφῆ· « Μή, φησὶν ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἀρξανται σέβεσθαι. » Καὶ ταῦτα εἶποντο, οὐδεὶς ἀλλόντων καὶ ἐνισχύοντων τῶν Ἰουδαίων, οἵ τοις ἐτίμησαν, μελλόντων ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς λαμβάνειν ἀγνοοῦντες, διτε οὕτε τὸν Χριστὸν ποτε κατελιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντες [χρωμον ὑπὲρ ἀμαρτιώλων (85)], οὕτε ἐτέρον τινὰ σέβεσθαι. Τοῦτον μὲν γὰρ, γίλον δόντα τοῦ Θεοῦ, προεχυνοῦμεν· τούς δὲ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς καὶ μιμητὰς τοῦ Κυρίου, ἀγαπῶμεν ἀξιώς, ἐνεκκενούμενοις ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὡν γένοιτο καὶ ἡμᾶς συγκοινωνούς (86) τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι.

(78) *Inter ligna, e balneis et officinis comportata fortasse nonnulla fuisse odorata et aromatica suspicatur Jacobsonus.*

(79) *Confectores, qui bestias in amphitheatro conficiebant; si quando enim bestiæ efferratæ stragem populo minarentur, ii immittebantur, qui eas conficerent et occiderent. JAC.*

(80) *De hac columba ne verbum quidem legitur apud Eusebium, Rufinum et Nicephorum; quo fit, ut falsa a multis lectio codicū sit putata. Moynius pro περὶ στέρνων conjectit ἐπ' ἀριστερὰ, « a sinistra. » Ipsi accesserunt complures viri docati. Ruchatus scribendum censuit περὶ στέρνων, Editor Bibliothecæ Bremensis cl. III, p. 429, conjicit περὶ στέρνουν vel περὶ στέρνων. Heumanas in Exam. fabulæ de columba et Polycarpi rogo evolante, statuit monachos hoc prodigio Acta nostra auxisse. Mihi quidem longe verisimilius videtur, lectorem quempiam in animo habuisse, ad oram codicis notare locum epistolæ,*

A fornace candens. Tantam autem nos percepimus suavitatem odoris, ac si thus aut aliud quoddam pretiosorum aromatum oluisset.

XVII. *Polycarpi corpus Christianis non traditur.*

Tandem igitur cernentes improbi, corpus ejus ab igne non posse consumi, jussérunt confectorem propius accedere pugioneque eum transfigere. Quod cum ille fecisset, evolavit columba et effluxit tanta sanguinis copia, ut ignem extingueret, utque universa plebs miraretur, tantum esse discriminem inter infideles et electos; quorum unus hic fuit maxime admirandus martyr Polycarpus qui nostris temporibus apostolicus et propheticus doctor existit, atque catholicæ Ecclesiæ Smyrnensis episcopus. Omne enim verbum, quod ore suo emisit, B aut impletum est aut implebitur.

Sed cum æmulus ille et invidus et malus, justorumque generi adversus, insigne illius martyrium cerneret, moresque ab ineunte ætate irreprehensos et eum corona immortalitatis coronatum, præmiumque sine controversia reportantem; operam dedit, ne reliquiae ejus a nobis auferrentur, quamvis multi id facere et sancto illius corpore participes fieri cuperent. Suggestit ergo diabolus Nicetæ, Herodis patri, fratri autem Alces, adire proconsulem, ne corpus illius ad sepeliendum traderet: « Ne, inquit relictō crucifixo, hunc colere incipient. » Atque haec dicebant, suggerentibus et instantibus Judæis, qui C quoque observaverant nos, ex igne eum extracturos; ignari, quod nec Christum, qui pro salute omnium, qui in toto mundo salvi sunt, passus est [inculpatus pro peccatoribus], unquam derelinqueremus, neque alium quemquam colere. Illum enim utpote Filium Dei adoramus; martyres vero tanquam Domini discipulos et imitatores merito diligimus, propter illorum eximiam erga regem ac magistrum suum benevolentiam; quorum utinam et nos siamus consortes ac condiscipuli.

ubi animam suam efflavit B. Polycarpus; ideoque, mori Ecclesiæ veteris obsecutum, vocem περιστερὰ margini ascripsisse, qua scilicet significaret, animam B. martyris illo temporis momento e corpore liberatam, sub columbae specie ad cœlum evolasse. Columbarum enim imagines etiam Christianorum sepulcris frequenter exsculptæ sunt. JAC.

(81) *Ita Jacobsonus e codicibus. Plusquamperf. sine augmento ut c. 42. Vulg. γέγονεν.*

(82) *Cfr. 1 Clem., c. 51.*

(83) *Ita JAC. e cod. Paris. Vulg. ληφθεῖ.*

(84) « Alce » notum est mulieris inter Smyrnæos nomen. Cfr. Ignat. ad Smyrn. c. 18, ad Polyc. c. 8.

(85) Parenthesis ista neque in Eusebio habetur, neque in Rufino, neque in vetere nostro interprete. Usser. — Interpolata fuisse videtur a librario quipiam, qui in animo habebat I Petr. III, 18. JAC.

(86) *Ita JAC. e cod. Paris. Vulg. κοινωνούς.*

XVIII. *Polycarpi corpus comburitur. Reliquiae.*

Videns autem centurio a Judæis ortam contentionem, corpus in medio ignis positum exussit. Atque ita nos postea ossa illius gemmis pretiosissimis exquisitora et super aurum probatiora tollentes, ubi decebat, deposuimus. Quo etiam loci nobis, ut fieri poterit, in exultatione et gaudio congregatis, Dominus præbebit, natalem martyrii ejus diem celebrare, tum in memoriam eorum qui certamina pertulerunt, tum ut posteri exercitati sint et parati [ad eadem sustinenda].

XIX. *Laus Polycarpi martyris.*

Hæc de beato Polycarpo, qui cum iis, qui ex Philadelphia, duodecimus Smyrnæ martyrium est passus, sed solus ob omnibus celebratur, ita ut a gentilibus quoque ubique locorum memoretur; qui non solum doctor insignis extitit, sed etiam martyr eximius, cujus martyrium, Evangelio Christi congruum, omnes imitari desiderant. Postquam enim sustinendo injustum præsidem vicit, sicque immortalitatis coronam recepit, cum apostolis omnibusque justis exultans, Deum ac Patrem glorificat, et benedit Domino nostro Iesu Christo, animarum nostrarum Salvatori, et corporum nostrorum gubernatori, nec non pastori catholicæ in toto orbe Ecclesiæ.]

XX. *Mittite hanc epistolam fratribus.*

Vos quidem petieratis, ut cuncta, quæ gesta sunt fusius vobis exponerentur; nos vere impræsentiarum summatim iudicavimus per fratrem nostrum Marcum. Quæ quidem cum legeritis, epistolam fratribus remotioribus transmittatis, ut et ipsi glorifcent Dominum, qui ex suis famulis delectum facit. Ei, qui omnes nos gratia sua atque indulgentia in regnum suum æternum potest inducere per unigenitum Filium suum Iesum Christum ipsi sit gloria, honor, imperium, majestas in sæcula. Amen. Salutate omnes sanctos. Vos, qui nobiscum sunt, salutant, et qui scripsit hæc, Evarestus cum omni domo sua.

XXI. *Martyrii tempus.*

Martyrium autem passus est beatus Polycarpus D Xanthici mensis ineuntis die secundo, ante septimum Kalendas Maias, magno Sabbato, hora octava. Captus

(87) Codex Vindob. vocem ἑκατόνταρχος non agnoscit. JAC.

(88) Articulum e codice Vindobonensi restituit Jacobsonus.

(89) Eusebius habet δώδεκα. Apud Eusebium Strothius et Henichenius exigent δώδεκα τοῖς ἐν Σμύρνῃ μαρτυρήσασι. JAC.

(90) Eusebius addit μᾶλλον.

(91) Ἰησοῦν... ψυχῶν ἡμῶν e codice Parisiensi restituit Jacobsonus.

(92) Codex Vindob. addit: καὶ τὸ παντάγιον καὶ ζωοκοιὸν Ηνεῦμα. JAC. In veteri int. legitur: « et Spiritus sanctum, per quem cuncta cognoscimus. »

(93) Usserius et Smithius malling διαπέμψατε, JAC.

A Ἰδὼν οὖν ὁ [ἑκατόνταρχος (87)] κεντυρίων τὴν (88) τῶν Ἰουδαίων γενομένην, φιλονεκίαν θεὶς αὐτὸν ἐν μίσῳ τοῦ πυρὸς ἔκαυσεν. Οὕτω τε ἡμεῖς ὑστερον ἀνελθμενοι τὰ τιμιότερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίον ὅστα αὐτοῦ, ἀπεθέμεθα ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν. « Εὐθὺς ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χρῆ, παρέξει ὁ Κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἰς τε τὴν τῶν τριῶν τριῶν μημένην, καὶ τῶν μελλόντων ἔστησίν τε καὶ ἔτοιμασίν.]

B Τοιχύτα τὰ κατά τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὃς σύν τοῖς ἀπὸ Φιλαδελφίας ὀδούς (89) ἐν Σμύρνῃ μαρτυρήσας, μόνος ὑπὸ πάντων (90) μνημονεύεται, ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν Ἐθνῶν ἐν παντὶ τόπῳ λαλεῖσθαι· οὐ μόνον διδάσκαλος γενόμενος ἐπίσημος, ἀλλὰ καὶ μάρτυς ἔξοχος, οὗ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιμυμοῦσιν μημεῖσθαι, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον. Διὰ τῆς ὑπομονῆς γάρ καταγωνισάμενος τὸν ἄδικον ἄρχοντα καὶ οὕτως τὸν τῆς ἀφθαρτιας στέφανον ἀπολαβών, σὺν τοῖς ἀποστόλοις καὶ πᾶσι δικαίοις ἀγαλλιώμενος, δοξάζει τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ εὐλογεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν (91), καὶ κυρενήτην τῶν σωμάτων ἡμῶν, καὶ ποιμένα τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς Ἔκκλησίας (92).

C Υμεῖς μὲν οὖν ἔξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα· ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπὶ κεφαλαίῳ μεμγνύκκμεν διὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Μάρκου. Μεθόντες οὖν ταῦτα, καὶ τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς τὴν ἐπιστολὴν διαπέμψασθε (93), ἵνα καὶ ἐκεῖνοι δοξάσωσιν τὸν Κύριον, τὸν ἐκλογὰς ποιοῦντα ἀπὸ τῶν ιδίων δούλων (94). Τῷ δυναμένῳ (95) πάντας ἡμᾶς εἰσαγγεῖλαν ἐν τῇ αὐτῷ χάριτι· καὶ δωρεὰ εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ βασιλείαν, διὰ τοῦ Παιδός αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Ἰησοῦ Χριστοῦ· φή δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη, εἰς αἰώνας. Ἀμήν. Προσαγορεύετε πάντας τοὺς ἀγίους. Τυχεῖ οἱ σὸν ἡμῖν προσαγορεύοντιν, καὶ εὐάρεστος, ὁ γράψας, πανοικεῖ.

D Μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος μηνὸς Ξανθίου δευτέρᾳ ισταμένου (96), πρὸ ἐπτά Καλανδῶν Μαΐου (97) Σαββάτῳ μεγάλῳ (98), ὥρᾳ δγδόῃ (99).

(94) I. e. « qui nonnullos e numero fidelium ad martyrium vocavit. »

(95) Τῷ... φ. Simili constructione utitur D. Paulus Rom. xvi, 25-27. JAC.

(96) Smyrnæi a 25 die Martii Xanticum suum incoharunt. USSE. De chronologia hujus capititis cfr. Ideler. Hanab. der Chronol t. I, p. 419, 430.

(97) Longe meliori codice usus est Constantino-politanus.

(98) I. e. Sabbatum, quod Paschalem solemnitatem antecedit, Sabbathum sanctum. JAC.

(99) I. e. ante meridiem non enim de Romana, sed de Astatica horas computandi ratione hic est sermo, eadem scilicet, qua nos hodie utimur. JAC.

Συνελήφθη δὲ (1) ὑπὸ Ἡρώδου, ἐπὶ ἀρχιερέως (2) Φιλίππου Τραλλιανοῦ, ἀνθυπατεύοντος Στατίου (3) Κοδράτου, βασιλεύοντος δὲ εἰς τοὺς αἰῶνας Ἰησοῦ Χριστοῦ φῆ δόξα, τιμὴ, μεγαλοσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. Ἀμήν.

XXXII. Salutatio. Epistolæ transcriptores.

Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα, ἀδελφοί, στοιχοῦντας τῷ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον λόγῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' οὐ δόξα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ ἀγίῳ Πνεύματi, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ τῶν ἀγίων ἐκλεκτῶν· καθὼς ἐμαρτύρησεν ὁ μακάριος Πολύκαρπος, οὗ γένοιτο ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς τὰ ἔχνη εὑρεθῆναι τῇματα!

Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάιος (4), ἐκ τῶν Εἰρηναίου, μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπόλετος τῷ Εἰρηναίῳ. Ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τῶν Γαίου ἀντιγράφων ἔγραψα. Ἡ χάρις μετὰ πάντων.

Ἐγὼ δὲ πάλιν Πιόνιος ἐκ τοῦ προγεγραμμένου ἔγραψα, ἀναζητήσας αὐτὰ, κατὰ ἀποκάλυψιν φανερώσαντός μοι τοῦ μακαρίου (5) Πολυκάρπου· καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς· συναγαγὼν αὐτὰ ἡδη σχεδὸν ἐκ τοῦ χρόνου κεκμηκότα, ἵνα κάμε συναγγέγραψιν τὸν Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, εἰς τὴν οὐρανίου βασιλείαν αὐτοῦ (6), φῆ δόξα, σύν Πατρὶ καὶ ἀγίῳ Πνεύματi, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

politanus Chorographus *Siculorum fastorum* auctor qui legit Ἀπριλίων. Verum enim Polycarpi natalem in 26 Martii esse statuendum, et Asiani anni ratio et magni Sabbati character evincit, licet apud Latinos 26 Jan., apud Græcos 23 Febr. celebretur. Ex quibus etiam characteribus manifeste deprehenditur anno vulgaris æræ Christianæ 169, et imperii M. Aurelii nono passionem ejus contigisse. Usser. cui antipulatur Pagius ad ann. 167, n. 3, et 4. Anni 161 rem agit Stieren. *Über das Todesjahr Justin's*, in Illegenii, *Zeitschrift für die histor. Theol.*

A est autem ab Herode, sub pontifice Philippo Tralliano, proconsule Statio Quadrato, regnante autem in saecula Iesu Christo; cui sit gloria, honor, maiestas, thronus sempiternus, a generatione in generationem. Amen.

Optamus, fratres, vos valere ac incendere in evangelico sermone Iesu Christi; cum quo gloria sit Deo, et Patri et Spiritui sancto, ob sanctorum electorum solutem; quemadmodum beatus Polycarpus martyrium pertulit, ad cujus vestigia utinam inveniamur in regna Iesu Christi!

Atque hæc ex codice Irenæi, discipuli Polycarpi, descriptis Caius, qui et ipse cum Irenæo conversatus est. Ego vero Socrates Corinthi et Caii exemplari B hæc descripti. Gratia sit cum omnibus.

Et posthæc ego Pionius ex suprascriptis hæc exaravi, postquam illa perquisivissem, et beatus Polycarpus ea per revelationem mihi manifestasset, ut in sequentibus declarabo, collegi ea, propemodum ex temporis diuturnitate fatiscentia, ut me quoque cum electis suis in regnum suum cœlestis colligat Dominus Jesus Christus, cui sit gloria, cum Patre et Spiritu sancto, in saecula saeculorum. Amen.

1842, fasc. I, p. 34.

(1) Particulam δὲ addit Jac. e cod. Paris.

(2) Qui prius (c. 12) Ἀστροφης, nunc ἀρχιερεὺς appellatur. Usser.

(3) Ms. male Στατίου.

(4) Fortasse Caius, presbyter ille Romanus.

(5) Hæc verba τοῦ μακαρίου e codd. Paris. et Barocc. restituit Jacobsonus.

(6) Verba εἰς τὴν... αὐτοῦ prætermiserat Usserius. Jac.

EVARISTUS PAPA

NOTITIA

(Ex libro pontificali Damasi papæ, ap. Mansi, *Concil.*, I, 621. — Varias lectiones et notas ad hunc locum Libri Pontificalis vide *Patrologia Latina* tom. CXXVII, col. 1135).

Evaristus natione Græcus, ex patre Judæo nomine Juda, de civitate Bethlehem, sedit annos novem, menses decem, dies duos. Fuit autem temporibus Domitiani et Nervæ Trajani, a consulatu Valentis et Veteris, usque ad Gallum et Braduam consules. Martyrio coronatur. Hic titulos in urbe Roma divisit presbyteris. Et septem diaconos ordinavit, qui custodirent episcopum prædicantem, propter stylum veritatis. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos duos, episcopos per diversa loca quinque. Qui etiam sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano sexto Kalendas Novembres. Et cessavit episcopatus dies XVIII.